¶Sexto vtrũ scientia sit ipsum scitũ. Respondeo entiũ alia sunt intelligibilia in actu: alia in potẽtia. intelligibilium in actu primũ est deus cuius sciẽtia perfecte est ipsum scibile: secũda vero substãtia est scientia qua scitur secunda: sed prima substãtia est quo secunda scit primã: tertia est scientia sui & scitum: & secunda est scientia secũde in tertia et prima est scientia prime etiam in tertia: et sic semper scientia est scitum: licet aliquando sciens a scientia & scito differat: in libro de intelligentijs dixi. Intellectus aũt materialis cognoscit materialia: & immaterialia. Si imaterialia: aut scientia: aut sapientia appropriate. Si speculatiua scientia: tunc distinguit scientia a scibili: q2 sciẽtie sunt notitie ꝓpositionũ demõstratione cõcluse constãtes ex intẽtionibus terminorum ad placitũ res significantium: & de ista sciẽtia dixit Auerrois tertio de anima cõmen. xv. scientiaз speculatiuã esse ipsuз scitũ est impossibile. Si autem sapientia proprie dicta sciãtur sic scientia est ipsum scibile: q2 intellectus possibilis in se recipit substantias intelligentiarũ & eas ꝑ earũ essentiã intelligit: de ista sciẽtiali sapiẽtia loquẽs Auerrois tertio de aia ꝯmento. xxxvj. dixit nõ est aliquid scientiarũ speculatiuarũ sз aliqd currens cursu rei generate naturalit̃ a disciplina scientiarũ speculatiuarũ: & sic multiplicatis obiectis intelligibilib9 multiplicant̃ sciẽtie vel sapiẽtie. Si aũt de materialib9 loquimur: primũ est intellect9 possibilis: ipse autẽ scitur sciẽtia distincta ab ipso scibili: q2 intellect9 possibilis cognoscit se: aut intellectõe nõ felicitatiua: & tũc intelligit se ꝑ intellecta speculatiua: q̃ in itellectu possibili recipiũt: q2 forma ẽ cognitio materie: aut se intellĩgit itellect9 possibilis intellectiõe felicitatiua et sic per substantiaз intellectus agentis intelligit se: quia tamen vnũ informat aliud: ideo vniuntur: et sic aliquo modo identificantur. ¶Si autem loquimur de alijs intellectis naturalibus Hec autem sunt composita ex materia et forma: & tunc quia intellectio est forma rei abstracta: ideo scientia a scito distinguitur sicut forma a cõposito: quia tamẽ forma est essentia & quidditas ꝯpositi

dans cõposito esse nomẽ ⁊ diffinitionẽ: iõ forma est aliquo mõ idẽ ɔposito: ⁊ sic sciẽtia est aliquo mõ idẽ scito. Si aũt cõparet scia forme: sic est idẽ scia ꝙ scibile: qꝛ forma scitur ꝑ formã. Sed tñ est ibi aliqua distinctio qꝛ forma in esse intentionali vniuersali est scia: sed in esse reali est scitũ remotũ sed scitũ ꝓpinquũ est ipsamet forma in esse vniuersali. Si aũt scientia cõparetur materie: qꝛ illa est cognita ꝑ accidens: sic sciẽtia distinguitur a scito: qꝛ forma nõ est materia: sed est illi aliquo mõ idẽ per inseparabilitatẽ inesse iter formã ⁊ ipsã: qꝛ forma est dans esse determinatũ specificũ ⁊ formatũ ipsi materie: ⁊ eam perficit: ⁊ sic vnũ sunt: ⁊ sic est cognitio materie per formam vt in libro de elemẽtis dixi: materia eñ celi per formam celi cognoscitur: cũ perfecte cognoscitur. Si autẽ impfecte cognoscat: tũc est de ipsa sicut de aliis inferioribus aut superioribꝰ cũ sic cognoscũtur. s. ꝙ per intentiones ipsa ad placitũ significãtes intelligitur vt in libro de orbibus declaraui. Indiuidua aũt suas formas habẽt in intellectu q̃ dicũtur sciẽtie ipsorũ sed in potẽtia: qꝛ particularia nõ sciuntur nisi in potentia: vt dixit Auerrois. xii. metaphysice ɔmẽto. ii. qꝛ actu scitũ ẽ vniuersale: ⁊ nõ singulare: qꝛ actu scitũ format aiam. Si aũt celestia dicãtur potentia cognita: qꝛ a nobis cognoscãtur: sed cognosci possunt tũc est potentia solũ respectu nostri nõ autẽ absolute: qꝛ ipsa in se sunt cognita: ⁊ sic patet quomodo oportet cõsiderare de intellectu cõsiderare aliquo mõ de oĩbus intelligibilibꝰ ſm certã mensurã ⁊ rationẽ nõ aũt ꝙ alie scientie tollantur: vt arguit Aristoteles primo de partibus aĩalium. Scitũ aũt scientia cõplexa est duplex ꝓpinquũ: ⁊ remotũ ꝓpinquũ est ꝓpositio in intellectu existens: remotũ vero est significabile cõplexe: hoc autẽ cõplexe significabile licet oportet ꝙ sit verũ põt tñ esse ꝙ nõ sit ⁊ põt esse ꝙ sit: qꝛ negatiuarũ ꝓpositionũ põt esse ꝙ termini nõ supponãt pro aliquo quãuis vere sint vꝫ: nihil est chimera: ⁊ põt esse ꝙ subiectũ pro aliq̃ supponat: ⁊ tũc significabile cõplexe est aliquid: quia rei importate per subiectũ identificatur: est eñ hoiem esse animal:

alal:ipse homo:affirmatiuarum autẽ verarũ alique sunt de terminis ampliatiuis: alique nõ. Si sunt de ampliatis verbis:aut distractis possunt esse vere quamuis complexum significabile nihil sit.vt cesarem fuisse. Cum autem verbum non ampliatiuum non negatur neq; distrahitur:tunc si propositio est vera: cõplexe significabile est aliquid vel aliqua:sed ipsum est duplex:necessarium ⁊ cõtingens:⁊ necessarium duplex per se notum:et est notum ex terminorum suorum euidenti compositione nõ per se notum: ⁊ hoc habet causam :quia veritas antecedentis est causa veritatis consequentis vel in essendo vel in inferendo:nõ enim oportet significabile complexe certum sit inquantum in noticia ꝙ etiam omne sit huiusmodi:⁊ ratio ex implicatione contradicitonis non valet scilicet oppositum implicat ergo incausatuꝫ est .tertio enim de anima cõmento.xxxvi.veritates consequentis demõstrabiles dupliceꝫ habent causam vniuersalem et principalem ⁊ est intellectus agens : aliam vero particularem ⁊ instrumentalem ⁊ est antecedens aut eius notitia.

¶Contra concessa est identitas vniuersalis ad singulare.Aristoteles secundo topicorum capitulo.xxiij.si sensibile est scibile:sensus est scientia:⁊ infra si sensus non est scientia:sensibile non est scibile. Secundo cõcessa est idẽtitas forme in esse reali ⁊ intẽtionali sequitur opinio antiquorum quam recitat philosophus secundo de anima textu commenti.xxv.scilicet terra terram cognoscimus ⁊ aqua aquam.Tertio scientia est in qualitate et scitum in substantia.x.methaphysice cõmento.xxij.ergo differunt Quarto scientia nostra causatur a rebus:ergo ipsa non est ipse res:patet antecedens:quia diuina est causa reruꝫ nostra autem causata est a rebus.xij.methaphysice commen.lj.Quinto accidit omnem scientiaꝫ scibile esse.x.methaphysice textu commenti.xxj. Ad primum a coniugatis cõsequentia valet supposita predicatione primi modi inter autem sensibile ⁊ scibile non est essentialis identitas quia sensibile est sensu perceptibile ⁊ scibile intellectu:potentie autem differunt:ideo ⁊ obiecta formaliter.

Ad secundū antiqui volebāt p realem terrā: terrā cognoscι: quid incōuenit: nō sic nos: qr forma intentionali realem cognoscimus: volebant enim antiqui animam realiter cōponi ex rebus: vt illas cognoscere posset. Ad tertium distinctio presentalis formalem arguit distinctionem: non realem. Ad quartum deus causat res: et per scientiam eius est causa earum: sed nostra scientia complexa causatur ab intellectu agente ꝛ ab antecedente. prima est causa vniuersalis secunda particularis. patet tertio de anima cōmento. xxxvj. sed ex hoc nō sequitur quin intentio sit essentia cuius est intentio.

¶ Ad quintum textus philosophi sonat ꝙ accidit. s. possibile est omnem scientiam esse scitam: quia habitam ab aliquo intelligente per eam ꝛ tamen non omne scibile esse scituꝫ scilicet cognitum: quadratura enim circuli si scibilis est: nondū tñ scita in predicamentis capitulo de relatione. Sed dubitatur si cognitio est cognitū: tunc actꝰ rectus est actus reflexus. secundo sequitur potentiam esse reflexiuaꝫ: quia si actus intellectus est intellectus: etiā actus visus est visus. tertio sequitur potentiaꝫ sensitiuā esse cognoscitiuā sui. Respondeo consequentia nō sunt inconuenientia: patebit alias.

F I N I S.

¶ Alexandri Macedonis ad Aristo-
telem de mirabilibus Indie.

Semper memor tui et
iter dubia bel
lorũ nostroꝝ pericula carissi
me preceptor: ac secundũ ma
trem meã sororesq̃ meas ac-
ceptissime: qm̃ te deditũ phi-
losophie nouerã: scribẽdũ ti-
bi de regionibus indie: ac de
statura celi innumerisq̃ ser-
pentum et holm ferarũq̃ ge-
nerib9 existimaui: vt aliqd
per nouarũ rerũ cognitionẽ
studio et ingenio possit accedere. Quãq̃ in te cõsumata
prudẽtia nulliũq̃ adiutoriũ expostulet ratio doctrine q̃ ꝛ
te ꝛ tuo seculo ac futuris tꝑibus cõueniat: tñ vt mea ge-
sta cognosceres quẽ diligis: ꝛ ne quid inusitatũ haberes
ea q̃ in india vidi coacervata ꝑ summos labores ac peri
cula macedonũ scribẽdũ tibi putaui: sunt eñ digna me-
morie singulis ac multis modis coaceruata queadmo-
duz inspexi. Nõ credidissem quicq̃ esse tot prodigia nisi
subiecta his oculis ipse prius cũcta põderauissem: mirã
da est terra: quãtũ aut bonarũ rerũ parẽs aut malarũ cõ
tẽptrix existat ꝛ pariẽs publica ferarũ ac fructuũ metal-
lorum atq̃ animalium: que si omnia liceat intueri homi
ni vix subsecutura tot varietatibus rerum ipsa credide-
rim nomina. Sed ego de his que primum cognoui elo-
quar daturus operã ne aut fabule aut turpi mẽdacio di
gnus efficiar. Etiã naturã animi mei cuius fueris prece-
ptor ignoras. Solere me tm̃ equitatis custodire: ꝛ parci9
oia loq̃ q̃ gesta sint. Et tũc spero agnoscis nihil me tan-
q̃ captantẽ iactantẽq̃ gloriã militie nostre asserere: que
vtinã min9 fuisset laboriosa nobis: ne tot reb9 experimẽ-
ta necesse esset cognoscere. Ego gratias ago macedonie
iuuenũ virtuti ꝛ inuicto exercitui nostro qui mea patiẽ-
tia ꝑseuerauerit vt regũ rex appelllarer. Quo tibi meo ti-

tulo misso letari carissime preceptor nō te dubito delin-quo et a mea tuaq aberro pietate nisi tibi vt olimpiade matri mee sororibusq meis de singulis regni mei cōmo dis scribā que tibi ꝛ illis comunia arbitror idq nisi' fece ris paruū de nobis simpliciter iudicare videberis. prio-ribus literis significauerā tibi de solis ꝛ lune eclipsi ꝛ de cōstantia syderū aerisq indiciis que nō sine magna cu-ra ordinata tibi misi ꝛ has nouasnūc multiplicaturas historiā oīa cartis cōmendabo. Quecūq relegeris scio esse talia que cura Alexandri tui cōplecti decuerāt. men-se maio regē persarū dariū apud gangē amnē superatuꝫ acceptamq in ditionē oēm eius regionē esse ordinarios preparatoresq nostros preposuimus oriētis prouinciis multis opibus regalib9 ditati in priori epistola significa ueram tibi. Et nūc ne sim scribendi multiplex: priora fa-cta iam pretereo precognita. Mense iulio deficiēte in in dia fasiacē peruenimusvbi mira celeritate Poro rege de uicto potiti ingentib9 diuitiis regia gaza repleti sum9. Sꝫ vt cognoscas ea que mihi memorie digna eē videbā-tur quedā memini: ꝛ qꝛ memorabile fuit equū est mihi vi suꝫ describere de innūerabili exercitu ei9: in q̄ fuere p̄ter militū copias sexdeci milia ꝛ octingēte quadrige oēs fal cate: captisq elephantis quadringentis qui suppositas cū armatis iaculatorib9 turres gestauerūt. ipsaꝫ vrbē re-giā Pori domūq armis inuasimus: in qua colūnas au-reas solidasq ingēti grossitudine atq altitudine trigin-ta pedū cū suis capitalib9 admodū quadringētas q̄dra ginta enumeranim9 auratosq parietes laminaꝝ digita liū grossitudine. Quos cum extimare veliꝫ a reliquis lo-cis intercido. vineāq solidā auro sarmētoq aureo inter colūnas pēdentē mirat9 suꝫ in qua folia aurea fuerūt ra cemiq christallini ꝛ ignitis erāt iterpositi distinguētib9 smaragdis thalami quoq cubiliaq omnia margaritis ꝛ vnionib9 ꝛ carbūculis exornata erāt forte eburnee miri cādoris ebenina laq̄aria nitebāt: ꝛ testudinib9 cupressi: q̄b9 lauri in insigni loco ꝛ in balnearib9 erāt solidi auree quoq solideq cū crateribꝰaureis statue ꝛ inūeri thesau

ri fores d om⁹ ⁊ parietes ornabāt ⁊ innumerabilia gene ra varijs coloribus aberrabāt. Inter aureas plātas erant vnguibus rostrisq̄ ⁊ auratis tū in aurib⁹ tegminibusq̄ que margaritas ⁊ vniones gerētia atq̄ etiā multa genera ⁊ christallia ac electrina vasa potatoria ⁊ sextaria alia q̄ multa aurea inuenim⁹ ⁊ rara argentea quibus in potestatē redactis persequutus porrū interiorē indiā perspicere cupiens cū vniuerso caspias portas peruenerā exercitu: vbi cuz fertilissimarū regionū admirarer felicitatem: quodam gaudio elatus digna nouerā loca: quan q̄ predixerāt nobis incole regionis eius ne in serpētes ⁊ rabidarū ferarum genera incideremus: que plurima in his vallibus ⁊ campis siluisq̄ ac montibus habitabant nemorum saxorūq̄ latebris occultata. Sed ego vt fugientē ex prelio porrū primū essequerer: anteq̄ ī desertā abiret orbis terrarū solicitudinē: cōpendiosa magisq̄ tuta itinera eligere malui: acceptis igitur Tercentis quinquaginta ducibus qui breuiatos itinerum nouerint mē se augusto per feruētes sole arenas ⁊ arētia humoris loca ꝓsecut⁹ sū: pollicitus his p̄mia q̄ nos periti regionū ducebāt p ignota indie loca si me cū icolumi exercitu in batriacē ꝑduxissent penitusq̄ ad abditos feras. Que gēs folijs arborū decerpēdo lanuginem ex siluestri vellere vestes detexūt: sz illi duces maiorē hosti q̄ sibi fauorē accōmodātes efficere volebāt. ꝑgebāt vti nos in exitiabilia serpentum ⁊ rabida ferarum beluarūq̄ gn̄a ignaros regionū inducerēt. Qđ illos cogitasse ex ipsis patebat experimētis. Cū ego cernēs ex parte mea id accidisse: q̄ꝛ vtilia cōsilia spreuerā amicorū pariter ⁊ caspiorū hoim q̄ p̄dixerāt mihi ne ita vincere festinarē vt mihi nullo dolo interueniēte adepta esset victoria imperaui militib⁹ oībus vt armis īduti agmē seq̄rētur. Qm̄ ꝓpterea cū auri ex rapina Margaritarūq̄ nō ꝑuā secū p̄dā veherent timēdū eēt, ne occulte hostes sua ablaturi victorib⁹ īsidiarent et sane miles ita erat locupletat⁹ vt vix ferre auri pōd⁹ posset. Accedebat quoq̄ armorum non parua grauitas que ego omnia aureis incluseram laminis ita vt totū agmē

in eo veluti sidere ac fulgore clarū radiantibus auro in signibusq; sequebatur cū signis ⁊ vexillis:eratq; inter va rietates spectaculū in cōspiciendo talē exercitum: quia ornatu pariter ac viribꝰ inter ceteras eminebat. Ego cer te respiciēs felicitatē meā insigni numero iuuētutis im- menso reficiebar gaudio. Sed vt aliquid plerūq; in secū dis rebus fortuna obstrepit:accidit nobis siti laborare. Quā cū iam vix sustineremus miles reuerus inuentam in lapide concauo aquam galea aurea mihi protulit ip se sitiens anime mee magis q̄ sue vite consulens. Quā ego vocato exercitu palam effudi:ne me bibente magis sitire miles inciperet. Collandataq; reueri erga me beni uolentia dignis eum muneribus ornaui. Que res cū ani mo equiorem fecisset exercitum ceptum iter institui: nec lōge mihi in desertis locis flumē apparuit: cuius ripas pedū sexagenorum arūdo vestiebat pinorum abietūq; robora vincēs grossitudine:vnde materia mira ad cōsti tuenda edificia incole vtebātur. Tū ego qm̄ quadrupe dia ⁊ exercitus sitiebāt iussi cōtinuo castra poni a meta toribus. Que dū ponūtur:ipse sitiȝ leuare cupiēs amario rem elleboro fluminis aquā gustaui:quā neq; hō bibere neq; vllum pecus haurire sine tormēto potuit. Angebar autem ꝑ mutis magis animalibus q̄ pro nostra necessi- tate:durabiliorem hominē cunctis in rebus cognoscēs: quam pecudū:quippe qui aurum vehebant elephāti in- gentis magnitudinis admodū mille. erant quadringen- te quadrige equoꝝ omnes falcate bige vero mille:ducēte equituȝ turme ducēte ⁊ septuaginta milia peditū:nulloꝝ castrēsium sub armis duo milia:ad sarcinas militū vehē das circiter duo milia : camelorum vero dromedarioruȝ et bubalorum duo milia subiugaliumq; et boum duo mi lia qui frumenta vehebant:armentorū vero ad vsum car nis quotidiane ingens numerus sequebat. Ceteꝝ in eq̄s mulis et camelis et elephantis aurea quoq; frena luxus parum nobis permiserat victoriarum. Sed tunc in expi- rata ipsa pecora vix se continere poterant: milites quoq; nūc feramēta lambēdo nunc oleum gustando diram ali-

quo modo differre sitim vel auferre conabantur: vidim9 etiã plerosque pudore amisso suam ipsam vrinam vexatos vltimis necessitatibus haurientes: que res me dupliciter torsit primo de statu exercitus magis ꝙ de proprio sollicitus fui periculo. Jussi tamẽ vt armati sequerentur agmen: legem dixi me in eum animaduersurũ qui nõ legittimis indutus insignibus armis in acie deprehensus esset. Quod ipsi quoq mirabãtur. Quid ita vbi null9 apparet hostis necesse esset in tanta siti armatos ingredi. Sz ego sciebã ꝓ bestiosa serpẽtiosaq loca nobis iter eẽ ne opposito periculo frãgeremur ac ne imprudentes circumueniremur nec inopinato periculo feriremur.
Ripam igitur fluminis sequentes ad horã diei octauaꝫ ad oppidum peruenim9: qđ in medio amne in insula ex his arũdinibus quas paulo ante descripsimus erat edificatũ: quo paucos indorum seminudos notauimus homines: qui visis nobis cõtinuo intra tectorum suorum culmina delituerunt. Quorum ego presentiã desiderans vt dulcem ignaris aquã demõstrarent. Apparente nullo paucas eĩcere in ciuitatẽ sagittas imperaui: vt si volũtate sua nolent procedere: metu belli accepto exhiberẽtur. Tanto magis cunctis propter timorẽ abditis diu apparente nemine: ducẽtos milites de macedonib9 leuibus armis misi per amnem nataturos: itaq; quartã partem fluminis natauerũt cuz horrenda res visu subito nobis cõspecta est. maiores elephãtorũ corporib9 hyppopotami inter ꝓfundos aquarum ruerũt gurgites raptosq in vorticẽ crudeli pena milites flẽtib9 nobis absumpserũt. irat9 tũc ego ducib9 q̃ nos ĩ ĩsidias deducebãt iubeo ex his cẽtũ quinq̃ginta ĩ flumẽ mitti quib9 ꝓpulsis natãtibusq ĩnicti rursuz hyppopotami dignos iusta pena affecere. Sz magis explicato numero belluaꝝ ꝙ pri9 affuit multitudo ad spẽ inde contingentis cibi: vbi cũ apparẽt veluti famelici se exhibuere. Et ne noctu cũ aquaꝝ ꝓdigijs bella gererem9: iussi dato signo buccine ad iter militem adaptari. Quid enim in tali loco manere scientibus proderat? Igitur ab hora die tertia cum ad horam vn-

decimam iter fecissem vidimus homines per mediū amnem factis ex arundine rotundis preteruehi nauiculis. Quos cum dulces aquas percūctaremur sua lingua vbi inueniri possunt dixerūt ingens stagnū dulcissime aque nos inuenturos quo ꝛ ipsi nos quinquaginta itinerū duces erant diuecturi. Et quoniaꝫ ferum nobis erat tot instantia perpeti mala nocte tota ambulauimus siti ꝛ onere armorum confecti.

¶ Quibus necessitatibus illa quoque adijciebant incōmoda: quia tota nocte incursantibus leonibus vrsisqꝫ tigribus pardisqꝫ ac lincibus pariter resistebamus: q̄ gn̄a ferarum promiscua nobis in siluis occurrebant. Tandeꝫ ad horam circiter octauam postero die cum iam siti pene defecissemus ad predictū nobis stagnum puenimus: quod erat circundatū vetustissima abundantique silua mille passus patens.

¶ Tunc ego dulci aqua potata gaudio alacri. Sed ꝛ pecora et impedimenta cum exercitu refecta sunt: moxque cum lassa quadrupedia ꝛ militē refecisset mitti castra in longum stadia viginti duo totidemque in latum collocari iussi: quibus celeriter erectis iubeo cedi nemus vt faciliter aquatorib9 accessus esset ad stagnū: qꝛ vnicū ī illis regiōibus erat. Igit̄ inter ip̄a tētoria aggerabāt impedimēta ꝛ elephāti ī media castroꝝ pte collocabant̄ vt apti9 ꝯtineri possent si quis nocturn9 casus pauor ve oriret̄ tumultusqꝫ aliq̄s nouus. Cū iaꝫ mille quīgēti extrinsec9 essent ignes accēsi sufficiēte silua q̄tū velim9 deide testāte buccina cibū ꝛ ip̄e cepi: ꝛ militibus cape imperaui. Accēsis lāpadibus aureis admodū duobus milib9. Cū ad primos lune radiātis ortus subito arrectis caudaꝝ aculeis a pascualib9 indicis scorpiōes ꝑpter ꝯsuetā petētes aq̄tionē ad castra immuneri ꝯfluxerūt tumultusqꝫ acciti nr̄o an siti incertū erat: sꝫ ad nocēdū prompti sunt: hec prodigia in secuta sunt immēsa vitis stātium repētiumi: immo serpentium varijs distincta coloribus.

¶ Istam quedā rubētibus squamis erāt q̄dā nigri vl̄ cādidi coloris q̄dā auri ꝯsimiles inspiciebant̄. Sibilabat

tota regio nō prius nobis inferētes metū: sz frōtē castrorū dēnsaramus clipeis & in manibus longas habebamus hastas quarū acutissimis spiculis malas p̄estes cōfigeba mus & ignibus plures aliquando necabamus.

¶ Que res nos prope duas horas in hoc ope sollicitos tenuit potata aqua mitiores serpētes abire ceperūt ma iores cum ingenti gaudio nostras latebras petierunt.

¶ Cum ad horā tertiam noctis aliquā sperantibus no- bis requiem binorum ternorumque capitum cristati ser pentes indici columnarum grossitudine aliquando ma- iores ad potandum aquā ex vicinis mōtium spelūcis p- cessere: oribus squamisque suis humum atterētes quorū pectora erecta cū trisulcis linguis fauces exercebāt scin- tillātibus veneno oculis quorū halitus quoqȝ erat pesti fer cū hūsqȝ hora nō amplius vna bellauim⁹ trigita suis et viginti milibus nr̄is amissis. orabam Macedones ne aduersis casibus cederent: neue deficerēt animo in peri culis: quāquam & ipsorum est dura patientia omnes ipsi se efficiebant operi post serpentes cancri.

¶ Immodice multitudinis crocodillorū pellibus cōiecti ad castra venerunt que prodigia testitudinata torquata que ferrum respuebant multa ignibus vsta se in stangnū iecerunt. Jam nos vigiliis inquietos quinta nocta hora buccina admonebat quiescēdum.

¶ Sed affuere albi leones taurorū cōparādi magnitudini cū ingēti murmure cōcussis ceruicib⁹ stātib⁹ alti iubis ad modū fulminū in nos impetū fecerūt: exceptiqȝ venabu- lis ruunt tātus repētinus oriebat tumultus cumulante ceca nocte. Nec minus apri ingentis forme iactis veluti vallo horrētibus metuēdi mixti maculosis lincib⁹ tigri- busqȝ & horribilibus pantheris miscebant: plia nulli iaz pesti cōparāda: sz & vespertilionum ingēs colūbinis corpi bus equalis in ora vultusqȝ nr̄os inferebat multitudo ha bēs dētes in morē hoim q̄b⁹ art⁹ militū molebāt vna pre terea noui gn̄is bestia minor Elephāto apparuit tribus armata in frōte cornib⁹: quā indi appellare dētē tyrānuz soliti sunt: equo simile caput gerēs: atri coloris: nec pota

ta aqua intuens castra in nos subito impetum dedit. Nec ignium compositis tardabat ardoribus: ad quā sustinendū cum apposuissem macedonū manū viginti sex occidit: quinquaginta quinque calcatos inutiles fecit: vixque ipsis militū defixa venabulis extincta est. ast lucanum deinde tps a celo pestes venere cādido vise colore ad modū ranarū cū qbus mures indici in castra pgebāt vulpibus sibes quarū morsu vulnerata quadrupedia statim expirabāt. hoibus idem morsus non vsqꝫ ad interitū nocebat. appropinquāte antē luce nocticoraces venere Aues Vulturibus siles sꝫ corpis immanitate superabāt colore fuluo pedibus rostrisqꝫ nigris optatā stagni complevere ripam: nullā nobis pniciē inferētes: sꝫ solitos pisces cum vnguibus extrahebāt insumebantqꝫ: quas nos aues neque fugare: neque abigere ausi eramus: sues grunitibus de conspectu nostro abigere.

Tum ego locorum demonstratores qui nos semper p insidias deducebant pessime meritos crurifragio puniri iussi: et nocte viui spirātes a serpētibus consumi: vt nos consumere voluerunt.

Manus quoque eorūꝫ confringi imperaui: vt merito pro factis suis vterentur supplicio.

Habita deinde contiōe vt fortes milites essent: ne vt aduersis vt femine casibus cederent castra concētu buccinarum repente ad noti venti spiramina tenti: vbi collectis barbarorum indorum siris noua conspirantes bella cognoueram: militibus meis imperaui: qui ingētis erāt animi quippe quibus ⁊ sensus victoriarū suppeditabat et felicitas.

Relictis igitur periculosis locis munitū vix tādē iter calcauimus: ⁊ in loca bactrianorum auro diuitijsqꝫ opulenta puenim⁹ benignisqꝫ excepti ꝯmeatib⁹ cū psar adiacerent agro in reparando castra bello viginti dies statui: ocio facto mox dierum quatuor itiere pueniumus vbi cum collecto porrus consederat exercitu ꝑprie se ditioni quam prelio dare ratus.

Nā ⁊ ꝯmeat⁹ porr⁹ nobis palā nō vt hostis dedit ptā

tem: cupiduſq; me noſſe milites meos ſubinde commeã-
tes interrogabat vbi ego eſſē: vel q̄d ego agerē. Qui cū in
certa reſpōderēt ipſe auditis eius interrogatiōibus oīa
etenī mihi Regi magno Macedonum: ſumptoq; habitu
militari depoſitoq; meo cultu perueneram in caſtra vini
ꝛ carnis tanquā emptor caſuque porrus ſciſcitās me in-
terrogabat q̄d faceret Alexander: aut cuius eſſet etatis:
quem ludens mendacio tp̄is tanquam hō ſenior inquā.
Dux noſter in tabernaculo accenſo igni ſe calefacit.

¶ Cū ille gaudio alacer q: cum decrepito ſene eſſet bellū
commiſſurus cū eſſe ipſe iuuenis elatuſq; rumore. Quid
ergo inquit nō reſpicit etatem ſuam. Reſpōdit vno pro-
poſito ignorare me quid faceret Alexander.

¶ Dum eſſē gregorius ex Macedonico miles exercitu.
Tūc ille tradidit mihi minis plenā epiſtolā: quam ſi Re
gi Alexandro darem pollicitus eſt premium: cui iurans
dixi futurū vt in manū eius he litere peruenirēt. Reuer-
ſuſq; in caſtra ꝛ añquā legerē ꝛ poſtquā legi epiſtolā ma
gno riſu ſum diſſolutus cuius tibi ꝛ matri mee ſororibuſ-
que meis vt ſuperbiā inclinatāq; barbari temeritatem
mirareris exemplar miſi. Mox contuli me ab inſidijs vi
ctis ſeparatiſq; ijs ita vt volebam erepta armis Porro
regna conſtitui. Qui vt ei inſperatus honor donatus eſt
mihi theſauros ſuos manifeſtauit quos eſſe ignorabā.
Ex quibus me ꝛ Comites meos ꝛ vniuerſum ditauit exer
citū: factuſq; amic9 ex hoſte Macedonibus ad Hercu-
lis liberiq; trophea deduxit in Orientis autem vltimis
oris vtraq; deorū conſtituta erāt ſimulachra: que an ſoli
da eſſent ſcire cupiens perforaui.

¶ Et idipſum cum viderim ſolida ſimili metallo ꝯpleui:
liberumque ꝛ Herculē deiectis victimis ꝯplacaui: vltra
deinde progreſſuri ſi quid memorabile cernerem9: nihil
preter deſertos ad Oceanum cāpos ſiluaſque ac mōtes
audiuimus: in quibus elephāti ꝛ ſerpētes eſſe dicebant:
pergebam tunc ad mare volens ſi poſſem orbem terrarū
circumnauigare: Ecce amnem quem tenebroſum vadoſumq; mihi locorum incole affirmabant.

¶ Quodque Herculis et liberi ausus nemini esset temptandum prestantissimorumque deorum.

¶ Tantum maiorem me ipsis videri velle quaz patiētia mortalium sacra preterirem vestigia qui ibi honoratis collandatisque sinistram partem indie perscrutari constitui:neq̄d mihi in ignotis subtraherē locis Porro rege nō detractāte: ne abdita tegere videref regni sui bona.

¶ Palus erat sicca ꝛ ceno abūdans per quā cū transitū temptarē bellua noui generis ferrato tergo duo capita habēs alterū Lune simile hyppopodami pectore:Crocodili alterū simillimū duris munitū dētibus quod caput duos Milites repētino occidit ictu:quā ferreis vix nūq̄ꝫ cōminuimus malleis: ꝛ hastis nō valebamus transfigere:admirati sumus diu nouitatē ei9:peruenim9 inde ad siluas indorum vltimas vbi cum castra per quinquaginta in longum stadia ꝛ latū fere collocauim9 iuxta amneꝫ buemar cepam9 manere velle puta sub nocte hora diei vndecima cum subito pabulatores lignatoresque commenti omnes simul aduenientes nunciant vt celerius arma caperemus:venire e siluis elephantorum immensos greges ad explenda castra.Imperaui ergo thessalis equitibus vt ascenderent equos:secūque tollerent sues quorum grunitus timere bestias noueram:et occurrere primum elephātis iussi:deinde alios cū hastis armatos subseq̄ equites : ꝛ vt buccinas oēs adūssent in p̄ma acie eq̄s insidētes p̄cedere pedestres oēs remanere i castris. Ipse cū Porro Rege ꝛ eq̄tatu ꝓcedēs video examina bestiarū in nos erectis ꝓmuscidibus tendētia:quoꝝ terga nigra ꝛ candida ꝛ rubri coloris ꝛ varia quedam erant.

¶ Hos Porrus Rex capi ab illis mihi ad vsus bellorū affirmabat: facile que auerti posse si ab equitibus verberari sues non desisterentur. Nec mora trepidantes elephanti conuersi sunt tam plures quam pugne priores saltus petere ceperunt.Bucinis hominum grunitibusque suū attoniti quoꝝ eq̄tes cedēdo poplites admoduꝫ nongētos octogīta occidimus. Decerptisque cornib9 ꝛ dētib9 insigni onust9 preda in castra ꝑueni.Iussi tūc di

pteis ⁊ lonca vallū pcingere: nequid iniurie noctu ele-
phantoꝛum violētia ferrarumque aliarū afferret. Nox
quieta fuit vsq̃ ad lucē:primū deide auroꝛe curriculo in
alias indie pfecti regiones:naȝ in cāpo patēti mulieres
virosq̃ pilosos in modū ferrarū toto coꝛpoꝛe nudos vi-
dimus pedū altos.ix.hos indi faunos appellāt:ij assne-
ti fluminibus magis quam terris erāt: crudo pisce tātū
modo ⁊ aquaꝝ haustu viuentes: quos cū adire vellem⁹
vicinius ebigmariti fluminis se immersere voꝛticibus.
Cenophalis deinde ingentib⁹ plena inuenim⁹ nemoꝛa
qui nos lacescere tēptabant: ⁊ eiectis sagittis fugiebāt.
Nam deserta ibi intrantibus nobis loca nihil dignum
spectaculo ab indis vltra superesse referebatur. Igitur
rursus ad occidentem signa conuerti imperaui:vt ex eo
loco vsq̃ ad duodecim miliariū castra vicina aquationi
ponerem⁹ eque erecta cūcta tentoꝛia erāt:largiq̃ ignes
accensi cū repente euri venti tanta vis flātis exoꝛta est:
vt oīa tabernacula principiaque ꝯturbauerit euerteret
que maioꝛē in modū stupentib⁹ nobis: quadrupediaq̃
multo vehemēti⁹ vexabatur exitu scintillarū ⁊ titionib⁹
his in tergavenientib⁹ adurebātur. Tūc hoꝛroꝛ milites-
que noctuali tēpoꝛe id accidisse nō deoꝛum ira: qꝛ octo-
ber mēse autumnoque vigeret: vix tandem recollectis
sarcinis ex integro in apriciore valle sedem castoꝛum in-
uenimus:oꝛdinatisque rebus omnibus cenare militem
iussi. Nam ⁊ flatus euri ceciderat:⁊ frigus ingens vesp-
tino accrescebat tempoꝛe. Cadere mox in modum velle-
rum immense ceperunt niues:quarum congregatiōe me
tuens ne castra tumularentur calcare militeȝ iubebā:ea
pꝛimū vt iniuria peduȝ tabesceret:pꝛodebantur ⁊ ignes
aliquatenus qui niue pene erant extincti: vna tamē res
fuit saluti: quod in momento tempoꝛis he delete sunt
niues imbꝛe superuenientes largo:quam pꝛotinus atra
nubes subsecuta est: viseque sunt nubes ardentes de ce
lo tanquam faces decidere:vt incendio earum totus cā
pus arderet:verebantur dicere ne deoꝛum ira nos pre-
meret quod homo herculis liberique vestigia trāsgredi

conat⁹ essem:iussique militis scissas veste opponere ignibus. Nox serena cōtinuo reddita est nobis orātib⁹. Tūc ignes ex integro accendūtur ꝛ a securis epule capiūtur: ꝛ triduo cōtinuo sine sole claro noxia i nobis accidit pēdēte minaci nubilo ꝛ ego sepultis ad modū quinquaginta militib⁹ qui inter niues perierāt castra immutari imperaui:nā edita celo promōtoria ad oceanū in ethiopia vidim⁹ ethneos quoqꝫ mōtes in antrū liberi quo perditos imisim⁹. Qui tertia die febrib⁹ dicebantur mori q̄ spelunca; dei intrauissent. Qđ fuisse manifestū mortib⁹ eorum probauim⁹:q̄ intraui preter religionē ꝛ sine muneribus spec⁹ nō potat⁹ supplex orabā numina:vt me rege; totius orbis cū sublimibus tropheis triūphantē in macedoniā olimpiadi matri mee remitterēt. Quā rē frustra me petere ita cognoui : qm̄ dū sciscitarer si q̄d ēt adhuc videre possum dignu; admiratione aut memoria oibus indis dicentibus nihil aliud memorabile inuenire posse in illis locis quā qđ cognouim⁹. Tūc diuerti signa in faciacē imperaui authi noti venti flatū sequut⁹:dūque in itinere sumpsi agmē sub signis me ducēte duo facti sunt nobis obuiā quos cū interrogarē si quid noscerēt in illa regione dignū memorie spectaculū responderūt mihi esse viā nō amplius dierū decē perdifficilis esset tn̄ accessus propter penuriā aque tantisque impedimētis si cum vniuerso ꝑgere exercitu vellē:ceterū si comitatis quadraginta milia hominū ꝑponerē propter itinerū angustias semitas ꝛ propter bestiosa satis loca posse mihi cōtingere vt aliqđ incredibile perspicerē negociū. Tūc ego quo facto let⁹ dicite mihi inqua Duo senes humanitatis lege eos mulcēs quid sit qđ mihi tā illustre tā magnificum pollicemini? Tūc vn⁹ ex illis exhilarat⁹ blanda mea voce videbis inquit rex quicūqꝫ es duas solis et lune arbores indice ꝛ grece loquentes:quarū virile lignū est solis:alterum lune femineum est ab ijs q̄ tibi instantibona vel mala noscere poteris. Qua re tā incredibili illudi me a barbaris senib⁹ extimans eos impingni ꝛ aliqua contumelia iussi motari illa dicens.

Ita ne eo maiestas mea peruenit ab oriēte vsque ad occidentē: vt a senibus ac decrepitis illudi me videar? Qui bus iurantib9 se nihil falsi ɔmiscere experiri me posse an vera dicerent aperiendū in breui nō esse vanū orātibus quoque amicis comitibusque meis ne tāte rei experimēto fraudaremur quadragita milia mecū cū equitatu traxi remissis in fasiacen copijs e quibusdam prefectis exercitusque cuncto elephantis ꝛ impedimentis omnibus rege porro mox electo robore iuuentutis admiranda visuri spectacula: ducentibus indorum senibus iter aripuimus: qui nos vt dixerunt per auia egentia penuriaꝫꝗ aquarum ꝛ per tot serpentum ferarumꝗ loca deduxerunt vsque in proximam oraculi sedem: de quibus feris ꝛ serpentibus: quia innumeri ꝛ indica lingua erant vocitati scribendum tibi non putaui. Cum appropinquaremus regioni a nobis petite vidimus feminas virosꝗ aliquos pantherarum tigridumque pellibus contectos a quibus cum requireremus quinam hominum essent: indos se sua lingua esse dicebant locus erat largus thure ꝛ opobalsamo immenso abundauerat que plurima in ramis suorum nascebantur nemorum: et vesci incole eius regionis consueuerūt. Et cum sessarium nobis predictum ꝛ multis cognitum insidissemus pedū āp. decem statura altior nigro corpore dentibus caninis antistes oraculi apparuit perforatis aurib9 ex quib9 vniones dependebāt: ꝛ erat vestitus pellib9: ꝛ cū nos more suo salutasset interrogare cepit: vt quid ego venissē: dixi me cupientem aspicere arbores sacras solis ꝛ lune. Tūc barbarus si a coitu puerili inquit femineoque tacu vacas scilicet intrabis diuinuꝫ locum astantibus amicis meis et commilitonibus mecum circiter tercentis: ponere anulos: vestesque cuꝫ calciamentis imperauit: parui per oia homini vt pareremus religioni: vndecima hora diei expectabat sacerdos solis occasuꝫ. Nā solis arborē loqui ac responsa dare mane ad prios iubaris ortus affirmabat. Item noctis eadem tempora custodire lune narrabat arborem. Que res mihi mēdacio magisꝗ veritati

similis videbatur. Igitur perambulare totũ incipio nemus. Quod intra parietẽ erat nõ magno edificatũ opere vidi oppobalsamũ cũ optimo odore ex oĩbus vbiq; arboris ramis abundãtissime manantem cuius odore captus ⁊ ipse ambulans de corticib⁹ vellebã: ⁊ idẽ amici faciebant. In medio aũt loco sacre arbores cõsistebant diuersis frondiũ generib⁹ circũ astãtibus: he arbores pedum alte centũ erant easque belbrionas indi cõiter appellant cũ admirarer dicerẽque frequentib⁹ imbribus in tñ eas creuisse: sacerdos. secundo affirmabat mihi nunquam in ijs locis pluuiã neque ferã aut auẽ aut vllũ adire serpentẽ. Illas aũt arbores antiquitus ab indorũ maioribus cõsecratas soli ⁊ lune affirmabat: easque in eccli psi solis luna vberrimis lachrimis cõmoueri de numinũ suorũ statu timentes: ⁊ cũ sacrificare instituerem ⁊ victimas imolare prohibitus sũ a sacerdote: q̃ negabat licere aut thus in eo sacrario igni vri aut aĩal vllũ interfici: sed volutus truncis arborũ oscula dare: orareq; solẽ ⁊ lunam precepit vt veridica mihi darẽt respõsa. Qđ ego cũ facturus essem interrogandũ tñ sacerdotem existimaui idice an grece mihi arbores essent responsure tũc ille in vtraq; ligua solis arbor pronũciat futura lune greco sermone incipit indico finit. Dũ ista gerũtur vidim⁹ ab occidente iuba refulgente phebi radijs percussa arborũ cacumina. Sacerdos alte inquit sursũ oẽs ituemini: ⁊ de quib⁹ quisque rebus cõsulturus est occulto cõtinget silẽtio nemo palã pronunciet. Tunc ego ⁊ amici ⁊ cõmilitones mei acuratius intuor inter nemorũ densitatẽ: ne aliqua seductiõe nos hoĩm aliq̃s eluderet moxq; nullo mõ interueniente ad cacumina arborũ ramosq; perspexim⁹ stantib⁹ nobis cõminus diuina aures occupãt oracula. Cogitabã etenim si deuicto orbe terrarũ i patriã triũphãs olimpiadẽ matrẽ sororesq; meas carissimas possim reuerti. Cũ subito indico sermone tenuissimo arbor respondit Inuicte bellis Alexander vt constituisti vnus eris orbis terrarũ dñs: sed viuus in patriã nõ reuerteris amp̃. q̃m fata tua ita de capite tuo statuerunt. Hec ergo audiens

mente

mēte percussus suz:displicuit em̄ mihi quod tā multos adduxi mecū ad sacras arbores:simul ꝛ amici mei et comites qui mecū erāt fleuerunt valde:ꝛ cōtristati sunt:q̄s ego partim muneribꝰ cōsolatus sum:precepiq̄ eis vt nemini hec responsa dicerēt. Rursus antē lune oracula auditurus: qꝛ media nocte posse fieri sacerdos affirmabat qm̄ tūc luna erat oritura assūpsi mecū tres fidelissimos amicos predicā:dithanā:ꝛ philotā: qꝛ nullū metuebā in illo loco:nec me quisquā timebat vbi neminē fas erat interfici. Iterūq̄ locū intrātes iuxta sacras arbores cōstitimus: mox solita cōsuetudine adoramꝰ. Cōsulēs ego vbi moriturus essez:ꝛ cū ad primū lune ortū percusso cornu splendoreq̄ accepto arbor grece respōdit Alexander inquit plenū iā etatis finē habes:sed sequenti anno mēse nono babylone morieris. Et a quo minime speras decipieris. Tūc ego effudi lachrimas ꝛ amici mei circunstantes flebāt:nullū que ab eis dolū vel scelus resurrecturuz existimabam.

Sed magis pro mea salute mori paratos: neq̄ ego quicq̄ de fidelissimis amicis consulerem vt illos cauendos Alexandro premoneret oraculum. Discessu deinde facto iam ad epulas reuertimur.

¶ Ego animo eger ad requiem vado rogantibꝰ amicis meis carissimis ne me anxietate ꝛ ieiunio afficerē. Paululum cibi contra animi voluntatez sumere cepi:meq̄ vt prōptus essez ad primū solis ortū in sacrario collocaui: posterea die matutinis expergefactus diluculo amicos ꝛ iā semi sopore somno excitos:sed adhuc ipse quoq̄ sacerdos velatus pellibus ferinis quiescebat positaq̄ ante eū in tabella ignis libatura erat que ille ex pridiana cena superfuerat ꝛ cultrū eburneuz: naz ere ꝛ ferro ꝛ plumbo et argento egent: sed auro abundant:opobalsamo et thure vescuntur. Cadētemq̄ riuo puram ex vicino monte potant aquam homines accubantes ꝛ quiescentes sine vllis ceruicalibus stratum tantum pellibus ferarum ijs amicti ꝛ contexti viuunt.

¶ Excitato igitur sacerdote locum intraui tertio cōsul-

turus.i. sacratissimā solis arborē:cuius manū percusso-ris habeam cauendam:quem ve exitum mater mea soro resq; mee habiture sunt. Arbor grece dixit si mortis tue insidiatorem tibi prodiero:sublato eo facile instantia fa ta mutabis:nam mihi tres irascerentur sorores q fere di co oracula earum pensans impedirem cloto lachesis et atropos.

¶Igitur ad annum ⁊ menses septem in babylone morie ris non ferro:qd suspicaris:non auro:non argento:neq; vllo metallo:sed veneno. Mater tua turpissimo ac mise-rando qūq; exitu insepulta iacebit in via preda auium ferarumq; sorores tue felices diu erūt:tu enim ⁊ si breue superest tempus: dominus tamen orbis terrarum eris. Nūc tu caue ne nos vlterius sciscitaris vnde excede ter minos luci nostri ⁊ ad faciascez porūque reuertere. Sed sacerdos emonuit vt abiremus dicens fletu ⁊ vlulatu ve stro sacras arbores offendi. Tūc ego cōtinuatus ad vni-uersos milites dixi vt Porum ad fasiacem ex responso repeteremus:quod nobis faustuz felixque futurum esset de tempore vite mee ne a cōmilitonibus meis redditus in desperationem in alienigenis destrueret locis ⁊ eoruz voces quas ex responsione vna mecum audierunt q̇ his nominibus appellantur. Sermition presitis filius ⁊ mi-storinis ⁊ est burotes ⁊ lacon ⁊ trāsicleon ⁊ deditus ⁊ ma-thon ⁊ odones ⁊ sabbrus ⁊ sumsiclus ⁊ perdicam ⁊ phi-lotan ⁊ prefectus pretorū diarotas.

¶Sed silentio que audierunt ex sua fide et meo tegebāt consilio. Iamque ex sacris excesseram⁹ arboribus:sz iam odore thuris opobalsamiq; nares verberabantur. Indi eñi sacra deo⁊ ad oceanuz tenebāt dicētes me quoq; esse imortalē:qd ad vsq; euū ⁊ termios penetrare potuissez.

¶Quibus ego quod de nobis opinarenť insinuās gr̄as agebam. Peruenimus deinde in vallem iordani in qua serpētes habitabāt habētes collo lapides qui smaragdi appellanť:ǔ lumen in oculis pfusum acipiunt. vallē nul-li adeūdā collūt ǔ serpētes lasere ⁊ albo vescunť pipere.

¶Nam supra vallem hanc sunt piramides institute pe-

dum trecenũ ⁊ quinqꝫ: que ab antiquis indoꝝ ad hanc causaꝫ edificate. Sed ij serpentes quos pauloante descripsimus inter se quot annis vere primo depugnant multique morsib⁹ depereunt. Inde non paucos extulimus ingentis forme smaragdos per magna pericula incedim⁹: et inscitas talis gñis bestias habẽtes capita leonũ ⁊ caudas vnguibus binis late ad sexquipedum quibus verberabant homines ⁊ inutiles fiebant: his erant intermixti grifi rostra habentes aquilarũ ⁊ alia parte corporis dissimilimi. Qui mira celeritate in ora oculosqꝫ nostros resiliebãt pedũ binoꝝ ternoꝝ ferebant sicut ciclopeosqꝫ nostros caudas crudelẽ in modũ verberabant. Qui partiꝫ sagittis partim contis militaribus configebãtur: ꝑdidi in eo certamine ducentum ⁊ sex milites bestiaꝝ vtriusqꝫ gñis morsu occidimus ad. xix. inde ad oclinas flumẽ ꝑuenimus qđ sine flexu recte ad oceanuꝫ ferebatur latũ stadijs ad ripã alterã viginti vestiebãt arundines ad tercẽtum per littora quarũ vnã triginta milites vix ferre possent excedebãt aũt arborũ procerissimarũ altitudinẽ. In his arũdinibus stratũ potentissimo euro vidim⁹: inhabitabãt eñi locũ eundem milia elephãtorũ innumera: q̃ nos nescio quo fato nec lacerare tẽptabãt alioquin crudelissime percalcati eramus multis collectis dẽtib⁹ ⁊ ratibus ex arũdine factis trãsnauiganim⁹ amnẽ. Inhabitabant litt⁹ vlteri⁹ indi balenarũ ferarũ contecti pellibus. ¶ Non fuere inhospitales: qui nobis spongias albas purpureasque in manus dedere cũ buccinis ⁊ gñe coclearij capiẽtes binos ternosqꝫ cõgeries ⁊ stragulas mollesqꝫ tunicas ⁊ ex vitulorum marinorumqꝫ pellibus factas coclea preterea sextariales esce pulcherrime. Item vermes ex ipso flumine extracti femore humano crassiores: q̃ vobis omni gñe pisciũ sapore preferendi sunt ⁊ fungos immense magnitudinis viginti coco rubriores posuerunt nobis ⁊ murenas habentes pondera viginti affirmãtes esse maiores i vicino ipis oceano q̃ erat ad miliariũ tertiũ ⁊ vigesimũ: pisces ꝑterea scarnos põderis cẽtũ q̃nq̃geni q̃ i gurgitib⁹ vasis eburneis capiebant ne arũdies

morsu cstringerent: atq̃ capillate mulieres q̃ pisce viuebãt aquis immerse pretenderint. Que ignaros regionũ homines in flumne aut natãtes tenẽdo in gurgite suffocabant: ac tractos in arundinẽ cuz essent specie mirabiles affectu suo auide victos rũpebãt: aut venerea exanimabant voluntate. Quartũ nos duas tantummodo capiebamus colore niueo similes nymphis diffusis per terga capillis. in gãge flumine erant admirabilia portenta: de quibus: ne tibi fabulosus viderer: scribẽdum nõ putaui nisi quod apud flumẽ boreaz ventus & esola eufratis ad nothi vẽti spiracula exeunt. Quorũ fluminũ ripe altera ab alis cõspicue nõ sunt earũ aquaꝝ latitudine: inde ad castellũ quod indi incolũt peruenimus. Que gẽs iustissima omniũ gtiuz esse perhibetur: vbi nec homicidiũ: nec adulterium: neque periuriuz: nec ebrietas committitur: pane tantummodo & oleribus & aqua vescũtur vbi dũ monita a senibus optimis accepimus qui nos recte ducttes per caspias portas ad porum in fasiacen deducebant. Nõ auditis his semper dolũ suspicantes flatus euri venti sequuti incidim9 in mirabiles feras de quaꝝ capitib9 veluti gladij a vertice acuti sertata eminebant ossa que more taurino aduersus hoies incurrunt. Tunc inuicte fere plurimorũ militũ clipeos cornu suo trãsuerberabant. Quib9 ergo occisis ad modũ octo milibus & quadringentis quinquaginta sic inde exercit9 meus ad porum cũ summo labore ac p̃iculo metuque militũ peruenit. Ibique legato meo p̃cepi quẽ presidio preposueram. Nomine alticonen vt pori persarũque & babyloniorum pilas solidas aureas duas pedũ vicenũ quinũ & in ijs oĩa facta scriberet faceretq̃ in vltima idia vltra liberi et herculis trophea q̃ numero centũ erãt que & ego quinq̃ mea & que aurea eis altiora denis pedib9 statuere imperaui. Queq̃ mira cultura miraculo futura sunt. Carissime preceptor posteris seculis nõ parua admiratiõe nouum perpetuũque virib9 statuimus monimentuz: vt in videdũ oĩbus mortalib9 esset: & p̃petua de nobis opinio fieret. Hec aĩo et idustria optie Aristoteles põderaris.

¶Explicit septisegmētatum opus ab Alexandro Achillino ambas ordinarias ꝛ philosophie et medicine theorice publice docente: vt non amplius in tenebris latitaret editū: ꝛ Lugduni impressuꝫ in edibus Antonij Blāchard anno dñi M.D.xxviij.die.xxiij.mensis Martij.

Registrum huius opusculi.

A B C D E F G H I K L
Omnes sunt quaterniones preter L: est enim duernio.

¶Sequuntur libri qui hoc in volumine continentur.

Et primo.

Finis.


L·M